

Petrus Tomicki episcopus Posnaniensis  
regni Polonia vicecancellarius, Joanni  
Boner consuli, burgrabio, zuppario fra-  
coviensi.

Generose Domine amice charissime et fautor ho-  
norande. Putabam quod nuntius vestrae domi-  
nationis qui eius literas mihi reddidit, re-  
dire statim ad illam deberet. Itaque scripse-  
ram literas in vestigio vestrae dominationi,  
quibus declaravi illi, quid egerim ego et domi-  
nus palatinus Sandominiensis, cum domino  
Ibigneo Podlowski, et quomodo tandem cum  
eo convenimus super iure prepositurae Il-  
sensis, quas literas mitto cum presentibus.

Hec deliberaverat maiestas regia facere ini-  
tium consultationum super periculis et necessita-  
tibus quae regno incumbunt, verum nuntij ter-  
restres iniecerunt difficultatem de locis, nam et ma-  
ionis Polonia, et ii qui missi sunt de terris fra-  
coviensi, Sandominiensi et aliis, contendunt pri-  
matum seu primas partes habere, cum in loco  
et sessione, tum in diandis sententiis, nec vo-  
lunt ut aliquid consulatur pro bono communi  
et salute reipublica, nisi prius haec illorum differ-  
rentia iusto regis maiestatis decreto sopiatur. Quo-  
riam autem maiestas sua dirimere illa debeat,  
in tanta animorum partis utriusque dissensione,  
et res non parva difficultatis, ego certe optarem  
et ita

et ita consului, ut haec differentia in aliud tem-  
pus quietius reicerentur, et ut nunc consule-  
remus de imminentibus regno periculis. Sed  
alia est aliorum sententia, in qua si pertinaci-  
titer perseveraverint, veror ne hunc conventu  
hinc nostris domesticis dissensionibus dissua-  
mus, et universum regnum in grave disci-  
men, ne dicam caudium inducamus. Spero  
tamen habeo quod dominus Deus suggeret  
maiestati regiae domino nostro clementissimo  
tale consilium, quo hoc tantum malum inte-  
stinum equis et decentibus modis vel sus-  
pendet vel componet. Me vestra dominationi  
ex animo commendo, et valere illam felicis-  
sime desidero. Datum 1523.